


AÑO LVII. — 4 DE AGOSTO DE 1909. — NÚM. 15.

BOLETÍN Eclesiástico



BOLETÍN Eclesiástico
DEL
Obispado de Astorga.

SUMARIO: Salida del Prelado.—Carta Encíclica de S. S. (conclusión).—S. Cong. de Religiosos.—Invocación pronunciada por el Rey, en la Catedral de Santiago.—Contestación del Eminentísimo Sr Arzobispo.—Edicto de la Prefectoría de Estudios del Seminario.—Descuento á las Fábricas.—Conferencias para el mes de Agosto.—Asociación Sacerdotal de Sufragios.—Necrología.

Salida del Prelado.

S. E. Ilma. el Obispo, mi Señor, saldrá de esta Ciudad, Dios mediante, en el correo de la tarde del día de hoy, dirigiéndose al balneario de Puenteviesgo con el fin de hacer uso de aquellas aguas y baños por unos días, pasados los cuales, se trasladará al Seminario de Comillas á practicar los Santos Ejercicios.

Durante su ausencia estará encargado del Gobierno Ecco. el M. I. Sr. Provisor y Vicario General del Obispado.

Astorga 3 de Agosto de 1909.

Dr. Agustín Parrado,
Secretario.

LITERAE ENCYCLICAE

(CONCLUSIÓN)

Media inter utramque partem catholica consuetudo consistit, æque aversata et priorum arrogantiam, a Gregorio IX ævo in sequenti reprehensam, qui *spiritu vanitatis ut uter distent... fidem conantur plus debito ratione adstruere naturali... adulterantes verbum Dei philosophorum segmentis* (1), et horum negligentiam, qui nulla investigandi veri cupiditate trahuntur, neque curant per fidem ad intellectum proficere (2), præsertim si eorum officii ratio postulet catholicæ fidei contra tot congestos errores defensionem.

Ad quam suscipiendam divinitus excitatus videtur Anselmus, ut exemplo, voce, scriptis totum iter ostenderet, christianæ sapientiæ latices ad commune bonum derivaret, duxque esset ac norma doctoribus, qui post ipsum *sacras litteras scholastica methodo tradiderunt* (3), quorum ipse præcursor merito est nuncupatus et habitus.

Quamquam hæc non ita sunt accipienda quasi Augustanus doctor primo statim gressu fuerit philosophiæ ac theologiæ fastigia consequutus aut ad summorum virorum Thomæ ac Bonaventuræ famam processerit. Horum enim sapientiæ seriores fructus multa dies et coniunctus magistrorum labor maturarunt. Ipsem Anselmus, qua erat modestia sapientium propria, non minus quam celeritate ac subtilitate mentis nihil a se scriptum edidit nisi oblata occasione, aut aliorem auctoritate compulsus, monetque constanter:

(1) GREGOR. IX. *Epist. «Tacti dolore cordis» ad theologos Parisien*, 7 Jul. 1228.

(2) In lib. II *Epist. S. Anselmi*, ep. 41.

(3) *Breviar. Rom.*, die 21 Aprilis.

si quid diximus quod corrigendum sit, non renuo correctionem (1); quin etiam, ubi res citra fidem posita sit et in quæstione versetur, non vult discipulum sic his quae diximus inhaerere ut ea pertinaciter teneas, si quis validioribus argumentis haec destruere et diversa valuebit astruere; quod si contigerit, saltem ad exercitationem disputandi nobis haec profecisse non negabis (2).

Nihilominus multo plura est adeptus quam aut ipse speraret aut aliis quisquam de se polliceretur. Adeo namque profecit, ut eorum qui sequuti sunt gloria nihil eius laudi detraxerit, ne ipsius quidem Thomæ notabilitas, quamvis huic non omnia probata fuerint ab ipso conculta, alia etiam retractata sint planius atque perfectius, Anselmo tamen hoc maxime tribendum, quod is investigationi straverit viam, timidiorum suspiciones diluerit, incautos a periculis tutos præsterit, pertinacium cavillatorum damna propulsaverit, qui ab ipso sic iure designantur: *illi... nostri temporis dialectici, imo dialectice heretici (3)*, quorum intellectus esset suis deliramentis et ambitioni mancipatus.

De extremis hisce ait: *Quumque omnes, ut cautissime ad sacrae paginae quaestiones accedant, sint commonendi, illi utique nostri temporis dialectici... prorsus a spiritualium questionum disputatione sunt exsufflandi.* Quam vero subdit ratio, apte cadit in hodiernos eorum imitatores, a quibus absurdia illa recinuntur: *In eorum quippe animabus ratio, quae et princeps et iudex omnium debet esse quae sunt in homine, sic est in imaginationibus corporalibus obvoluta, ut ex eis se non possit evolvere nec ab ipsis ea, quae ipsa sola et pura contemplari debet valet discernere (4)* Nec aliena videntur huic tempori

(1) *Cur Deus homo*, lib. II, cap. 23.

(2) *De Grammatico*, cap. 21 sub finem.

(3) *De fide Trinitatis*, cap. 2.

(4) *De fide Trinitatis*, cap. 2.

verba, quibus id genus philosophos redet, qui quoniam quod credunt intelligere non possunt, disputant contra eiusdem fidei a sanctis Patribus confirmatam veritatem; velut si vespertilioes et noctuae non nisi in nocte caelum videntes, de meridianis solis radiis discepient contra aquilas solem ipsum irreverberato visu intuentes (1). Quapropter et hoc loco et alibi (2) depravatam eorum opinionem reprehendit, qui philosophiae plus aequo concedentes, ius illi adserebant theologiæ campum pervadendi. Huic insaniae se opponens egregius Doctor suos cu que fines constituit utrique disciplinæ, ac satis monet, quod nam sit munus et officium rationis naturalis in rebus quæ doctrinam divinitur revelatam attingunt; *Fides... nostra*, inquit, *contra impios ratione defendenda est*. At quomodo et quousque? — Verba quæ sequuntur aperte declarant: *illis... rationabiliter ostendendum est quam irrationaliter nos contemnant* (3). Philosophiae igitur munus est præcipuum, in perspicuo ponere fidei nostræ *rationabile obsequium*, et, quod inde consequitur, officium adiungendæ fidei auctoritati divinæ altissima mysteria proponenti, quæ plurimis testata veritatis indiciis, *credibilia facta sunt nimis*. Longe aliud ab hoc theologiæ munus est, quæ divina revelatione nititur et in fide solidiores efficit eos qui christiani nominis honore se gaudere fatentur; *nullus quippe christiunus debet disputare quomodo, quod catholica Ecclesia corde credit et ore confitetur, non sit; sed semper eamdem fidem indubitanter tenendo, amando et secundum illam vivendo, humiliter quantum potest, quaerere rationem quomodo sit*. Si potest intelligere, Deo

(1) Ibid.

(2) In lib. II *Epist S. Anselmi*, ep. 41.

(3) Ibid.

gratias agat; si non potest, non immittant cornua ad ventilandum, sed submittat caput ad venerandum (1).

Quum igitur vel theologi quærunt vel fideles petunt de fide nostra rationes, non his fundamentis, sed revelantis Dei auctoritate nituntur, hoc est, ut habet Anselmus: *sicut rectus ordo exigit ut profunda christiana fidei, quæ mysteria dicuntur, credamus priusquam ea praesumamus ratione discutere, ita negligentia mihi videtur, si, postquam confirmati sumus in fide, non studiumus quod credimus intelligere* (2). De illa profecto intelligentia loquitur, de qua Vaticana Synodus (3); alio enim loco sic diserit: *Quamvis post Apostolos, sancti Patres et Doctores nostri multi tot et tanta de fidei nostrae ratione dicant... non omnia quae possent, si diutius vixissent, dicere potuerunt, et veritates ratio tam ampla tamque profunda est, ut a mortalibus nequeat exhausturiri; et Dominus in Ecclesia sua, cum qua se esse usque ad consummationem saeculi promittet; gratiae suae dona non desinit impertiri. Et ut alia taceam, quibus sacra pagina nos ad investigandam rationem invitat ubi dicit: nisi credideritis non intelligetis, aperte nos monet intentionem ad intellectum extcndere, cum docet qualiter ad illum debeamus proficere.* Nec est prætereunda ratio quam addit extremam: *inter fidem et speciem, intellectum quem in hac vita capimus, esse medium, ideoque quanto aliquis ad illum proficit, tanto eum propinquare speciei ad quam omnes anhaelamus* (4).

Solida hæc,—ut alia prætereamus,—per Anselmum philosophiæ ac theologiæ iacta sum fundamenta; hæc in posteriorum usum ab ipso fuit studiorum ratio proposita, quam sequuti deinde sapientissimi viri Schopposita,

(1) *De fide Trinitas*, cap. 2.

(2) *Cur Deus homo*, lib. I, cap. 2.

(3) *Constit. Dei filius*, cap. 4.

(4) *De fide Trinitatis. Præfatio*.

lasticorum principes, in quibus maxime doctor Aquinas, magnis incrementis ditarunt, illustrarunt, expoliverunt, ad eximum Ecclesiæ decus atque presidium. Hæc autem de Anselmo commemorasse placuit, Venerabiles Fratres, quod optam Nobis occasionem attulerunt vos iterum cohortandi ut saluberrimos christianæ sapientiæ fontes, ab Augustano doctore primum reclusos, ab Aquinate locupletatos uberrime, sacræ inventuti pervios esse curetis. Qua in re memoria ne excidant quæ Decessor Noster fel. rec. Leo XIII (1). Nosque ipsi dedimus, quum sæpe alias, tum etiam Encyclicis Litteris die VIII mensis Septembris anno MDCCCCVII, quies initium *Pascendi dominici gregis*. Patent heu nimium ruinæ, quæ, neglectis hisce studiis aut nec certa nec tuta via susceptis, effosæ sunt, quum non pauci, etiam e clero, nec idonei nec parati, minime dubitarint *praesumendo in altissimas de fide quaestiones assurgere* (2). Quæ una cum Anselmo lugentes, eius usurpamos, ita graviter monentis: *Nemo ergo se temere immergit in condensa divinarum quaestionum, nisi prius firmus sit insolitatem fidei, conquista morum et sapientiae gravite, me per multiplicia sophismatum diverticula incauta levitate discurrens, aliqua tenaci illaqueetur falsitate* (3), Cui levitati si faces accedant cupiditatum, ut fere fit, actum est de studiis gravioribus ac de integritate doctrinæ. Inflati enim *insipiente superbia*, qualém in *haeretice dialectis* dolet Anselmus, contemptui habent sacras auctoritates, id est divinas Litteras; Patres, Doctores, de quibus verecudioris iugenii iudicium non esse poterit aliud nisi hoc: *Nec nostris nec futuris temporibus ullum illis parem in veritatis contemplatione speremus* (4). Nec maiore in pretio

(1) *Encycl. Aeternis Patis diei 4 Augusti MDCCCLXXIX.*

(1) *De fide Trinitatis, cap. 2.*

(3) *Ibid.*

(4) *De fide Trinitatis, Præfatio,*

habent Ecclesiæ monita vel Pontificis Maximi, eos ad meliorem frugem revocare conantium, pro rebus dare verba solliciti et in fictum obsequium proni, quo fuco auctoritatem sibi et plurimorum gratiam concilient. Fore autem ut hi ad saniora consilia se referant vix ulla spes affulget, quod ei dicto audientes esse detrectent, cui *domino et Patri universae Ecclesiae in terra peregrinantis... divina Providentia... vitam et fidem christianam custodiendam et Ecclesiam suam regendam* commisit; ideoque *ad nullum alium rectius refertur, si quid contra catholicam fidem oritur in Ecclesia, ut eius auctoritate corrigatur; nec ulli alii totius, si quid contra errorem respondeatur, ostenditur, ut eius prudentia examinetur* (1). Atque utinam perduelles isti, qui se candidos, apertos, omnis officii retinentissimos, usu rerum et religionis præditos, operosa fide pollentes tam facie profitentur, sapienter ab Anselmo dicta percipient, eius exemplo institutoque se gerant, idque maxime in animo defigant: *Prius ergo fide mundandum est cor... et prius per praceptorum Domini custodiam illuminandi sunt oculi... et prius per humilem obedientiam testimoniorum Dei debemus fieri parvuli, ut discamus sapientiam... Et non solum ad intelligendum altiora prohibetur mens ascendere sine fide et mandatorum Dei obedientia, sed etiam aliquando datus intellectus subtrahitur et fides ipsa subvertitur neglecta bona conscientia* (2).

Quod si turbulenti homines ac protervi pergent causas errorum ac dissidii serere, doctrinæ sacræ patrimonium diripere, violare disciplinam, venerandas consuetudines habere ludibrio, quas *velle convellere genus est haeresis* (3), ipsam denique divisam Ecclesiæ

(1) Ibid.

(2) *De fide Trinitatis cap. 2.*

(3) S. ANSELM, *De nuptiis consanguineorum, cap. I.*

constitutionem funditus evertere; iam videtis, Venerabiles Fratres, quam sit Nobis advigilandum ne tam dira pestis christianum gregem, adeoque teneriores fœtus, inficiat. Hoc a Deo non intermissis precibus flagitamus, interposito Augustæ Dei Matris patrocinio validissimo, deprecatoribus etiam adhibitis triumphantis Ecclesiæ beatis civibus, præsertim Anselmo, christianæ sapientiæ fulgido lumine ac sacrorum iurium omnium incorrupto custode vindice. Quem gratum est iisdem compellare verbis, quibus etiam tum in terris degentem compellant sanctissimus De-cessor Noster Gregorius VII: *Quoniam fructuum tuorum bonus odor ad nos usque redoluit, quam dignas grates Deo referimus, et te in Christi dilectione ex corde amplectimur, credentes pro certo, tuorum studiorum exemplis Ecclesiam Dei in melius promoveri, et tuis similiumque tibi praecibus etiam ab instantibus periculis Christi subveniente misericordia, posse eripi... Unde volumus tuam tuorumque fraternitatem assidue Deum orare, ut Ecclesiam suam et Nos, qui ei licet indigit praesidemus. ab instantibus haereticorum oppressionibus eripiatur, et illos, errore dimisso, ad viam veritatis reducat.* (1).

Talibus freti præsidiis et studio vestro confisi, apostolicam benditionem, cælestis auspicem gratiæ et singularis Nostræ benevolentiae testem, vobis omnibus, Venerabiles Fratres, universoque clero et populo singulis commiso peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum, in festo S. Anselmi, die XXI mensis Aprilis anno MDCCCLIX, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. X.

(1) In libro II *Epist. S. Anselmi*, ep. 31.

5. Congregatio de Religiosis

*Decretum quo speciales clausulae apponuntur indulto
saecularizationis, viris religiosis deinceps concedendo.*

Ex audientia SSmi., die 15 Iunii 1909. Quum minoris esse soleat aedificationis salvis extraordinariis nonnullis casibus, quod in officiis dioecesanis eminere conspiciantur, qui, vel in aliquo Ordine regulari vota solemnia professi, indultum saecularizationis sive perpetue sive ad tempus obtinuerint, vel in Instituto aliquo religioso, emissis votis perpetuis ab istis dispensati fuerint; ne alii inde Religiosi induci possint, ut varios egrediendi claustra praetextus exquirant, quod nimis frequens accidere experientia docet, sanctissimus Dominus noster, Pius Papa X, decernere dignatus est, ut omnibus deinceps rescriptis, quibus saecularizatio perpetua vel ad tempus, aut votorum perpetuorum relaxatio, prout supra sacerdotibus et clericis in sacris ordinibus constitutis conceditur, adnexae intendantur, licet non expressa, sequentes clausulae, quarum dispensatio Sanctae Sedi reservatur:

Vetitis, absque novo et speciali Sanctae Sedi indulto:

1.º Quolibet officio, quoad eos qui ad beneficia habilitati sunt, quolibet beneficio in basilicis maioribus vel minoribus et in ecclesiis cathedralibus.

2.º Quolibet magisterio et oficio in seminariis clericalibus maioribus et minoribus aliisque Institutis, in quibus clerici educatur, nec non in Universitatibus et Institutis, quae privilegio apostolico gaudent conferendi gradus academicos in re philosophica, theologica et canonica.

3.º Quocumque officio vel munere in Curis episcopalibus.

4.^o Officio Visitatoris et Moderatoris domorum Re-
Re igiosorum utriusque sexus, etiamsi agatur de con-
gregationibus mere dioecesanis.

5.^o Habituali domicilio in locis, ubi extat conventus,
vel domus religiosa Provinciæ vel Missionis, cui sacer-
dos vel clericus sæcularizatus, vel a votis perpetuis
solutus, ut supra, adscriptus erat.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.:

Datum Romæ, eodem die 15 Iunii 1909 —F. I. C. CARD.
VIVES, Praef.—L. ♫ S.—† D. LAURENTIUS JANSSENS,
O. S. B. Seret.

INVOCACION

pronunciado en la Santa Iglesia Catedral de Santiago el día
25 de Julio de 1909, por S. M. el Rey D. Alfonso XIII en
el acto de presentar la ofrenda tradicional al Pa-
trón de España.

Apóstol Santo, Patrón de España:

Desde todos los ámbitos de la Cristiandad, durante la sucesión de los siglos, acudieron á vuestro Sepulcro en multitud innumerable los grandes y los humildes, dando testimonio de fe en nuestra Religión sacrosanta que á todos nos iguala ante Dios. salva la predilección misericordiosa que pertenece á los afligidos y la agravación jerárquica de las obligaciones que se complican hasta agigantarse en la cumbre.

Cuidadoso de las mías, vengo segunda vez, siguiendo huellas de mi Augusto Padre y de muchos insignes predecesores en el Trono, á prosternarme en este año jubilar ante vuestro sagrado cuerpo y pedir vuestra intercesión para que Dios me dé el acierto de definir siempre y la fortaleza de siempre cumplir los deberes

simbolizados en la Corona. Pídola también para que á toda Mi Familia ampare el auxilio divino y muy principalmente le impetro para que esta noble Nación, acogida á vuestro patrocinio, alcance en el seno de la paz y rodeada de respeto exterior, el grado de prosperidad que ansía mi corazón y que procura mi desvelo.

HE DICHO.

CONTESTACION

del Embo. y Revmo. Sr. Cardenal Dr. D. José Martín de Herrera y de la Iglesia, Arzobispo de Santiago de Compostela.

SEÑOR:

Desde que el Obispo de Iria Flavia, Teodomiro, descubrió en el campo de la estrella prodigiosa el cuerpo del Apostol Santiago, se extendió tanto la fama de su intercesión poderosa ante el Trono del Altísimo, que de todas partes acudían á visitar su Sepulcro Reyes y Príncipes, nobles y plebeyos, famosos capitanes y esforzados Caballeros, varones sabios y santos. Vuestro Augusto Padre estuvo tres veces en este sagrado recinto, e interpuso su valimiento cerca del Sumo Pontífice León XIII para que se terminase pronta y felizmente el expediente de la identidad de las reliquias encontradas en el centro de este ábside por el Eminentísimo Sr. Cardenal Payá.

Vos, SEÑOR, habéis venido por segunda vez á postraros ante la tumba del glorioso Patrono de España, y en este Año Santo, rodeado de los Caballeros de la ínclita Orden de Santiago, de que sois Gran Maestre; habéis presentado la tradicional Ofrenda al constante defensor de los españoles en Vuestro Real Nombre, en

el de Vuestra amada Esposa la Reina Doña Victoria, Vuestro querido Hijo el Sereñísimo Príncipe de Asturias y Vuestra virtuosa Madre la Reina Doña María Cristina.

Abrigo la dulce confianza de que la devota invocación y ferviente plegaria que acabáis de dirigir al primer Evangelizador de España y protomártir del Colegio Apostólico, ha de traer abundantes bendiciones del Señor sobre Vuestra Majestad, cuya soberanía nunca es tan respetable como cuando rinde vasallaje al Rey de los Reyes y Señor de los que dominan, y nunca tan amable como cuando dispensa sus favores y fomenta el desarrollo de las artes con Exposiciones tan brillantes como la que Vuestra Majestad ha inaugurado en esta ciudad, cuyos monumentos vienen pregonando hace muchos siglos la hermandad que existe entre la razón y la fe, la religiosidad y la cultura.

Que por la intercesión poderosa del Apostol Santiago venga la bendición de Dios sobre el Romano Pontífice, Vicario de Cristo en la tierra, sobre Vuestra Majestad y toda la Real Familia, sobre el valeroso Ejército que defienden en Africa la causa de la civilización contra la barbarie de los sectarios del Corán, y sobre todo el Clero y pueblo español, á fin de que, después de haber triunfado de todos sus enemigos, marche por la senda de la justicia, del orden y del trabajo á una paz estable y fecunda, para bien de la Religión y de la Patria.

SEMINARIO CONCILIAR

El curso académico de 1909 á 1910 se inaugurará solemnemente en este Seminario el día 15 de Septiembre debiendo asistir todos los alumnos á la Misa de Espíritu Santo que se celebrará á las diez de la mañana. Los alumnos internos deberán estar en el Seminario el día 14 á las siete de la tarde.

La matrícula estará abierta desde el 12 al 14 de Septiembre, ambos inclusive, de 10.á 12 de la mañana y de 4 á 6 de la tarde. No será admitida la matrícula al alumno que no acredite su buena conducta por medio de certificación ó volante expedido por el Sr. Rector.

No podrán matricularse en carrera breve, los alumnos que no hayan cumplido 22 años de edad, ni en primer curso de Latín los que no cuenten 11.

No serán admitidos á matrícula, sinó en concepto de internos, los alumnos de 3.^º, 4.^º y 5.^º de S. Teología, ni los de carrera breve desde Lugares Teológicos inclusive.

Los alumnos de carrera lata, que hayan terminado sus estudios sin haber recibido el Presbiterado, se matricularán, sin pagar derechos de matrícula, en 5.^º de S. Teología, debiendo asistir á clase como los demás: los de carrera breve en iguales condiciones, se matricularán, pagando los correspondientes derechos, en carrera lata.

Los que pretendan matricularse en primer año de Latín, presentarán solicitud acompañada de la partida de bautismo y certificación de buena conducta, librada por su respectivo párroco.

Todos los que, procediendo de otros Centros de enseñanza, deseen matricularse en este Seminario, cumplirán los requisitos del párrafo anterior, y además

certificación de estudios y de conducta, librada por el Rector de donde proceden.

Los que por primera vez hayan de ingresar en el internado, juntamente con la instancia que dirijan al Prelado, antes del 12 de Septiembre, presentarán partida de bautismo, certificación de buena conducta librada por el párroco y otra por el médico de estar vacunados y de que no padecen enfermedades contagiosas.

Las instancias en que los alumnos pidan ser admitidos á matrícula, oposiciones ó exámenes se elevarán al Prelado por la Secretaría de Estudios; las demás por el Rectorado.

Los exámenes de ingreso é incorporación de Latín, se verificarán el 12: los extraordinarios de Latín, Filosofía y Teología el 13 y 14.

Lo que de orden de S. E. Ilma. se publica para conocimiento de los interesados y su exacto cumplimiento.

Astorga 3 de Agosto de 1909.

El Prefecto de Estudios,
ANTONIO MARTÍNEZ SACRISTÁN

DESCUENTO Á LAS FÁBRICAS

Por disposición del Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo se descontará á las parroquias matrices y filiales en la mensualidad del actual Agosto la cantidad de cuatro pesetas por razón de la suscripción al «Boletín Eclesiástico».

Astorga 3 de Agosto de 1909.

Collationes pro mense Augusto

I.—De celebratione matrimonii sine adsistentia parochi.

Casus. 1.^o Quidam parochus, nomine Commodus, ita solet delegare facultatem adsistendi matrimoniis intra limites sui territorii: *omnibus et singulis sacerdotibus in mea parochiali ecclesia missam celebrantibus, vel etiam cuilibet advocato a contrahentibus, dummodo non sit suspensus aliave censura innodatus, licentiam concedo adsistendi matrimoniis meorum subditorum.* —2.^o Lucas sacerdos, sine ulla parochi vel Ordinarii licentia, cum duobus testibus adsistit matrimonio militis, qui proxime initurus est prælium, in quo vere mortis periculum inminet; quod sane agit, ut conscientiae illius et prolis legitimatiōni consulat. —3.^o Iulius et Marcella commorantes in Americae regione, ubi parochus locive Ordinarius aut sacerdos ab eis delegatus haberi non potest, emissō formalī consensu coram duobus testibus, duobus scilicet liberis suis iam adolescentibus, contrahunt matrimonium.

Hinc:

QUAER—Qualis esse debeat delegatio ad adsistendum matrimoniis tum ex parte delegantis, tum ex parte delegati, seu quaenam ex utroque capite conditiones requiruntur iusta decretum *Ne temere?*—Quis adsistere potest matrimonio dicto *in extremis*, vel quibus in adiunctis conceditur celebratio matrimoniī, valide ac licite, coram quolibet sacerdote et duobus testibus?—Quid de matrimonio in regionibus, ubi haberi non potest parochus aut Ordinarius?—Utrum matrimonium in singulis propositis casibus fuerit valide ac licite celebratum?

II. — De Sacra Liturgia.

Quomodo se gerese debeat sacerdos, qui tres missas celebrat in *Commemoratione Omnium fidelium defunctorum* et in *Nativitate Domini?* — Quid novissime decretum est circa celebrationem missae et Communionis distributionem in nocte Nativitatis? — De ratione agendi sacerdotis quando eodem die duas missas celebrat in duabus ecclesiis

ASOCIACIÓN SACERDOTAL DE SUFRAGIOS

(CONTINUACIÓN)

D. Manuel Mancebo Prieto, Ecónomo de Chaodocastro.
» Lorenzo Ramos de Abajo, Coadjutor de Bustos.



NECRÓLOGÍA

Han fallecido los señores siguientes:

D. Manuel Gonzalez Melcón, Párroco de Tremor de Arriba (Cepeda.)

D. Manuel Vega García, Párroco de Quintanilla (Somozá).

Ambos pertenecían á la Asociación Sacerdotal de Sufragios y tenían acreditado el cumplimiento de cargas. Hacen los números 180 y 181 de los Hermanos difuntos.

R. I. P.